



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Therothermae, siue Aqvae
Ferinae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1499

XXII. Ad Echo Nympham In Aquis Ferinis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12416

*Cultores comitata suos sic Musa, RVPERTE,
In solis solos non sinit esse locis.*

XX.

In securim Principis.

E Græco.

*Si rectè facies, argentea tota: bipennis,
Si prauè facies, ferrea semper ero.*

XXI.

Ad Esaiam Meichsnerum Medicum.

*Sacra Ferinarum virtus est fontis aquarum:
Sola vel hæc ægris anchora sacra datur.
Cur dubitem sacras, MEICHSNERE, vo-
(care Ferinas
Thermas: vt dignas semper honore sacro?*

XXII.

Ad Echo Nympham

In Aquis Ferinis.

*Cultrix Herciniæ vetusta vallis
ECHO: pauca mihi profare: FARE.
Anes Nais? AIS. an vda? NVDA.
An es Nymphula? LYMPHVLA. vnda?
(MVNDA.
Fons quam dat sacer? ACER, at salubris
Aegris*

Aegris lymphæ? FERINA LYMPHA. P
FOTV. lymphæ cuique temperata?
PARATA. & bona cura sic parata est?
RATA EST. siue fit illa vere? VERE.
Aut ummohe magis? MAGIS. sed vnda
Cur splendens adeo? A DEO. tepensque?
AEQVE. matribus apta semper orbis?
MORBIS. apta simul viris? & IRIS.
Dic sodes Dea, monstrat hoc lauacrum
Aegro quis cupido? CVPIDO. nonne
Bacchus? OMNE AXOΣ. ipsa ceu podagy.
ΑΓΡΑ. spasma? vel ASTHMA. torpor ann.
Arthritis ve? quid inquis? INQVIS. At tu
Quid de me fore, Nympha, reris? AERIS.
Iacturam faciam ne? IAM NE? non sic.
NON SIC. namque domum redibo sospes.
HOSPES. Si Deus hoc volet. VOLET. sed
Quid de conuge? IVGE. num salutis
Est spes. SPES. bona? PRONA. faxit istud
Trinunus Deus, oro. FAXIT ISTVD
TRINVNVS DEVS,ORO. Nympha. quid
Pro voto mea membra tangis. ANGIS.
Cur is? IS. resoluta? RE SOLVTA.
Ergo Nympha vale. VALE. Vale bis.
BIS. & ter vale. TER VALE. memorque
Sis nostri requieta. RE QVIETA.